Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 227

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 70.

Mauriani, quodve ab Augustini stylo, ac inge,
,nio quam longissime distat, certe inter sup,
,posititia rejiciendum est.

12. Fol: 190a - 243a

De Sacram: Pœnitent: & Sermon: dominicales.

Quæ a folio 190. usque ad finem continen,
,tur, sunt. 1 Scriptum de satisfactione sa,
,cramentali, quod ultimo loco poni debuis,
,set. 2 Sermones de nonnullis dominicis;
3. de contritione, et confessione, quarum
partem tertiam constitueret scriptum
mox memoratum de satisfactione.

Cod: CCXXVII.

Chartac: 4. Sæcul: 14. 15 1398 2 6.10.

Embrien

1.

Compendium confessorum metricum.

1a - 5b

Compendium confessorum metrice ador,
,natum. In superiori margine legitur: "In,
,cipit compendium confessorum metricum."
Inchoat author opusculum sequentibus
versibus, qui quasi præfationis loco sint:"

"Confessor caute si vis laqueos fugitare
Jure diversos veterique novo seminatos
Ex his versiculos confectos respice paucos
Que confessoris brigam (a) faciunt meliorem."

(a) Difficultatem negotium. Glossar: manuale med: et inf: lat: voce: Briga.

Nimirum regulæ generales juris, confessario
scitu necessariæ, versibus denotantur, iisque
additur prosaica uberior declaratio. Parum
abest, quin Joannem de DEO authorem putem.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 227

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 71.

2.

Triplex orationis dominicæ expositio.

S. Bonaventuræ.

6a – 35a

Triplex orationis dominicæ expositio. Prima coeteris prolixior incipit: "Pater noster &c: huic oracioni dominice beatus gregorius premittit prefacionem." Ejusdem initii est illa, quam in Cod: CCIX. Jordano de Saxonia adscripsi. Sed penitior codicis inspectio dubium me reddidit. Dicit namque author finita petitione septima: "De hac materia plenius habes in tractatu quem edidi de arbore virtutum capitulo 2do. Jam arborem de virtutibus S. Bonaventuræ adjudicat Bened: Cavalesius in Prodromo L: 8. par: 4. C: 2. §13. Col: 742 /: inter opera inedita :/ unde non immerito conjecturari liceret, eundem quoque authorem esse præsentis Comentarii.

Hugonis de S. Victore.

Secunda incipit: "Pater noster &c: inter omnia que fragilitas humana facere potest." Extat hæc inter opp: Hugonis de S. Victore Mogunt: 1617. T: I. pag: 217. ubi caput II est libri II Allegoriarum in Mathæum.

Tertia demum incipit: "Pater noster &c: q: d: o. pater misericordiarum et deus totius consolacionis. Huic additur brevis commentarius in salutationem angelicam.

3

Ernesti I. Archiepis: Pragensis Statuta provincialia.

35b – 53a

Ernesti I. Archiepiscopi Pragensis Statuta provincialia. Incipiunt: "In nomine &c: Rex magnificus, qui facit mirabilia magna solus." Jam dictum est de iis in Cod: CCV. n: 4. Illud autem addo, in præsenti scriptum Thomæ de Hybernia de tribus punctis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 227

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 72.



Xtianæ religionis non reperiri. In fine legitur: "Expliciunt statuta provincialia domini Arnesti Archiepiscopi Pragensis. Anno domini M. ccc° LXXXXV iiij°." Quibus subjunguntur nonnullæ regulæ circa Sacrificium missæ observandæ.

1398 →

4

S. Thomæ Aquin. tract: de modo confitendi.

54b – 69b

S. Thomæ tractatus de modo confitendi. Inscriptio est: "Incipit tractatus de modo confitendi Thome de aquino. Initium: "Quoniam fundamentum et janua virtutum." Sæpius jam occurrit, et in Cod: XLIX. n: 14. illum Mathæo de Cracovia dedimus.

5

Hugonis de S. Victore excerptionum posteriorum libris.

74a – 133a

Hugonis de S. Victore libri excerptionum posteriorum, seu annotationes elucidatoriæ allegoriarum in totum vetus Testamentum, exceptis Prophetis, et libris Sapientialibus. In calce quidem legitur subscriptum: "Explicit allegorie magistri petri manducatoris super vetus testamentum; sed omnino erroneum est. Nam Petrus Manducator, seu Comestor scripsit quidem historiam scolasticam satis notam /: de qua alibi diximus:/ non autem allegorias. Adhæc præsens opusculum cernitur inter Opp. Hugonis de S. Victore Mogunt: 1617. T. I. pag. 158, cui ab eruditis passim tribuitur. Prologus, qui ibidem primus est in Codice nostro desideratur; alter vero incipit: "Ex precedentibus premissa descripcione origenis arcium." Opus ipsum: "In principio creavit &c Celum designat celestia vel Sum̄a Terra yma." Cæterum codex noster nonnisi septem libros excerptionum continet, et in multis ab editione discordat.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 227

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27574

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)